Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Adm. Illvstris Ac R.dissimi Domini D. Fr. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini Ord. FF. Prædicatorum

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, Anno M.DC.XLIX.

§.7. Constringis se Deus in SS. Sacramento, volut in pane arcto & pluuia breui secundum Isaiam, quo amissam per peccatum vitam Dei nobis restauret.

urn:nbn:de:hbz:466:1-53084

Visual Library

illi feliciſſimo: nam quemadmodum in illo ſe totum Deus communicat, ſic & in SS. Sacramento nihil ſibi reſeruat, quod homini non elargiatur. Et ſicut in cælo Deus eſt *Omnia in omnibus*: Ita hic effari poſſumus de Chriſto, ipſum eſſe omnia in omnibus, cum nullum ſit bonum, à cuius conſecutione poſſit homo in hoc cæleſti excludi conuiuio: & ſicut Chriſtus ita paſſus eſt, ac ſi pro me vnico paſſus fuiſſet, totumque ſanguinem ſuum effudiſſet: ita ſimiliter ſe tradit homini, corpus ſuum, animam & diuinitatem, totumque ſanguinem ſuum pretioſum, ac ſi ſingulis dediſſet: ſi namque Chriſtus Dominus voluiſſet tui ſolius gratia inſtituere SS. Sacramentum, non tibi plura dediſſet, quam modo tribuit, nec te feruentius amaſſet, nec viciniorem habuiſſet vt tibi faueret, nec oculis ſuis proximiorem quam modo ſis: etenim ſe totum tibi porrigens, nihil habet quod tibi vlterius conſignet. Et eo modo quo Paſſione Chriſti in vitam Dei reſtituimur, nempe ſpirituale, quam per peccatum amiſimus: ita quoque Chriſtus nobis hic cæleſtem ſuam communicat, quæ cum vita ſit Dei, etiam eandem in nobis complectimur: *Et qui manducat me viuet propter me.*

§. 7. *Conſtringit ſe Deus in SS. Sacramento veiut in pane arcto. & pluuia breui ſecundum Iſaiam, quo amiſſam per peccatum vitam Dei nobis reſtauret.*

☞ 25. *Iſai. 30.* PRæuidit vates Euangelicus lacrymas ac mœrorem quem excitare poterat hominibus ruina ex peccato proueniens: cum illos gemma ſpoliaſſet, qua in rebus ſpiritualibus poſſidere non poterant pretioſiorem, hanc autem eſſe dicimus gratiæ vitam, eſt enim vita Dei per participationem quæ in hoc genere non inferioris eſt dignitatis quam in natura vita naturalis: bonum hæc eſt quod homines cæteris omnibus præponunt & cuius iacturam etiam à longè præuiſam lacrymis deplorant irremediabilibus. vt autem lacrymas abſtergeret quas hominibus cauſare poſſet priuatio vitæ gratiæ,

I. Iſaias ſolatus lugẽtes aduentu filij Dei. incipit Propheta verbis demulcere eos conſolatorijs, noua quædam proferens gratiſſima: *Plorans nequaquam plorabis, miſerens miſerebitur tui:* verba hæc magnitudinem extollunt conſolationis & multam Dei erga nos teſtantur miſericordiam, *Ad vocem clamoris tui ſtatim vt audierit, reſpondebit tibi.* Hoc ſcito, ita tibi virum, lætaberis Deum, vt quam primum petitionis tuæ vox inſonuerit tibi ſit reſponſurus, nec ſimpliciter, ſed hoc quod poſtulas ſolamen præſtiturus: hoc enim eſt reſpondere Dei vt alias expoſuimus: & qualiter fiet hæc conſolatio? Et qua ratione leniũe hoc malorum quæ patimur ſiue vitæ gratiæ concedetur? *Et dabit tibi Dominus panem arctum & aquam breuem, & non faciet auolare à te vltra doctorem tuum.*

Leuamentum & malorum noſtrorum ſubſidium in eo conſiſtet quod Deus nobis concedat panem arctum & aquam breuem ſeu modicam. An in hoc ſumma noſtra futura felicitas? Vtique: quia hunc maxima bonorum ſequetur abundantia: *Et erunt oculi tui videntes præceptorẽ tuũ & dabitur pluuia ſemini tuo vbicumque ſeminaueris ſuper terram, & panis terræ erit vberrimus & pinguis.* Sermo hic eſt de SS. Sacramento: panis etenim eſt Chriſto ipſo teſtãte: *Ego ſũ panis viuus qui de cælo deſcendi.* Quinimo ad litteram de illo locutus ait: *Hic eſt panis qui de cœlo deſcendit.* Dicitur ergo panis quia ſuſtentat & nutrit: quia ſicut ſe Chriſtus tradit in illo per modum cibi cui proprium eſt vitam naturalem conſeruare: ita & huic proprium eſt Sacramento vitam gratiæ ſpiritualem conſeruare quam recepimus in Baptiſmo Hac ratione D. Thom. probat conuenientiam ob quam Chriſtus hoc inſtituerit: *Sicut ad vitam ſpiritualem oportuit eſſe Baptiſmum qui eſt ſpiritualis generatio, & confirmationem, qua eſt ſpirituale augmentum, ita oportuit eſſe Sacramentum Euchariſtiæ quod eſt ſpirituale alimentum.* Rationes hæ producuntur ex illo quod in vita naturali corporis experimur, in qua neceſſe eſt vt præcedat generatio, per quam homo vitam recepit corporalem, & augmentum eiuſdem per quod perficitur & alimentum per quod conſeruatur. Eſt igitur SS. Sacramentum quod vitam conſeruat ſpiritualem, & propter hoc vocatur à Propheta panis.

II. [illegible]

D. Tho. 3. p. q. 73. a. 1.

III.

Dicitur quoque aqua quia animam à ſordibus abluit peccatorũ, cum remiſſio peccatorum fit etiam eiuſdem operatio. Et aqua breuis, & panis arctus, partim quia in illo Deus omnia ſua comprehendit mirabilia. *Memoriam fecit mirabilium ſuorum*, compendium quoddam compoſuit prodigiorum ſuorum: vt ſolemus dicere, breue quoddam memoriale componimus SS. omnium eorumque virtutum ac ſignorum in breui quædam ac ſummaria, quam inſtituimus, ſolemnitate. Partim quia ſe Deus hic quaſi coarctauit quantum potuit. Hoc Oſeas indicauit. *Deſiliam*

ad

IV. *ad eum vt veſceretur.* In Hebræo Verbum *At*
Locus hic cum *Thet*, duo ſignificat velut ſibi oppoſita. Pri-
explici- mum extenſionem ſignificat omnino poſſibilẽ:
tur expo atque ideo S. Pagina illo termino vtitur quando
nitur. indicat extenſionem Brachij, ſicut dum Deus
Oſeæ 11. 5. Moyſi præcepit: *Extende manum*: & quando
Exod. 8. Moyſes exponit qualiter Deus brachium ſuum
extenderit potentiſſimum contra inimicos ſuos,
ſic ait: *Extendiſti dexteram tuam*: q. d. ſummam
oſtendit potentiam qua ſe contra inimicos ſuos
V. protegeret. Ita hic extremum Deus omnipoten-
Chriſtus tiæ ſuæ extendit: quia vlterius non ſe poterat
ſe hic extendere, quam dando ſe homini totum in ci-
ſumme bum: ita vt in hoc conuiuio dederit Deus quid-
extendit. quid illi dare erat poſſibile, nec amplius exten-
dere poteſt manum ſuam, aut omnipotentiæ
ſuæ brachium. Quamuis enim ſumme illud ex-
tenderit in myſterio Incarnationis, quandoqui-
dem in illo couſque acceſſerit, vt homo fieret,
& Diuinum eſſe ſuum illi naturæ creatæ com-
municaret: hic tamen multo amplius ſe exten-
dit: quandoquidem vt iam diximus, SS. Sacra-
mentum quædam ſit Incarnationis extenſio: e-
tenim vlterius aſcendere non poteſt Deus quam
ſeipſum ſingulis hominibus tradere in cibum, ſi-
cut in Incarnatione ſe dedit vnione hypoſtatica
naturæ illi ſingulari: *Declinaui ad eum vt veſ-
ceretur.*

☞ 16 Secundum ſignificat etiam coarctare ſe &
conſtringere ita vt hic ſe Deus videatur, quan-
VI. tum potuit, coarctaſſe. Multum ſe Deus cõſtrin-
Item & xit in myſterio Incarnationis, quia in eo ita ſe
cõtraxit. coarctauit, vt omnem ſuam omnipotentiam, im-
menſitatem, infinitatem, ſapientiam, & reliqua
attributa, quibus magnitudinis eius ac diuitia-
rum exponitur incomprehenſibilitas, omnia
hæc in paruo corpuſculo coarctauerit, quod aſ-
ſumpſit vt homo fieret: nihilominus multo ſe
hic arctius conſtrinxit: quandoquidem Deus cũ
tota ſua incomprehenſibilitate, Diuinitate &
magnitudine, ſe ſtatuerit ſub exigui panis ac vi-
ni accidentibus vt ſe nobis traderet in alimen-
tum. *Declinaui ad eum vt veſceretur.* Ita in te
Deus ingreditur ſub forma panis arcti te ſolatu-
rus. Ita D. Diony. Alexandrinus in epiſtola quam
conſcripſit contra Hæreſiarcham Paulum Sa-
moſatenum, in qua hæc verba D. Pauli eodem
Philip. 2. ſenſu proponit. *Qui cum in forma Dei eſſet, non*
6. *rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem Deo, ſed ſe-
metipſum exinaniuit formam ſerui accipiens.* Cõ-
munis Sanctorum interpretatio myſteriũ com-
plectitur Incarnationis, in qua Verbum Dei licet
verus eſſet filius Dei propter formam Dei quæ
ea ipſa eſt, non illam habens vſurpatam, ſed ſibi
propriam, ex qua Patri eſt per omnia æqualis ſe
contraxit factus homo vt ſerui formam accipe-
ret. Porro D. Dionyſ. extendit hæc verba ad SS.
Sacramentum, in quo Dei Verbum, ita ſe con-
traxit vt formam ſerui acceperit, & ait: quando
verius dicere poſſumus Chriſtum accepiſſe for-
mam ſerui, quam ea nocte qua SS. inſtituit Sa-
cramentum: ibi namque ſeruili functus eſt offi-
cio, dum ſe vt ſeruum pedibus proſternens A-
poſto. eorum pedes abluit. Plura dico, formam
ſerui accepit, figuram formamque aſſumens pa-
nis, & hoc vt ita ſe coarctaret, quo fieret cibus
hominum: *Vt veſceretur*: Amor etenim quo ho-
mini afficiebatur ad huius formæ impellebat
eum aſſumptionem.

Hanc cape ſimilitudinem: Princeps nobiliſ- VII.
ſimus amore proſequebatur ardentiſſimo puel- Similitu-
lam non inferiori ſanguine nobilem ſed ſtricto dine ex-
carcere concluſam: ad illam ingreſſum medita- plicatur
tur & optat, qui illi erat impoſſibilis ſi proprio amor
contectus habitu hunc tentaret: intellexit adeſſe Chriſti
famulum, continuo ingredientem & egredien- erga nos.
tem: quid agit vt finem intentum aſſequatur?
Veſtes aſſumit famuli vt hoc ſtratagemate ſibi
conciliet ingreſſum. Anima noſtra illa eſt puella
quam intime diligit Princeps & vnigenitus æ-
ternitatis. Sed hoc corporis ergaſtulo concludi-
tur. Deſiderat ille ad eam intrare: nouit autem
magis familiariter imo quotidie in hoc corpus
panem ingredi. Hoc enim veſcimur, mane, meri-
die, ad veſperam, in æſtate, in hieme, cunctiſque
temporibus: noſtrum quippe eſt ordinarium ali-
mentum: ad hoc igitur habitum induit huius
famuli, vt hoc modo ingreſſus illi pateat in ani-
mam noſtram illique ſe coniungat atque vnum
cum illa fiat: eo fine ſe contraxit vt formam aſ-
ſumeret panis & ita contractus ſe nobis præbet
ad lenimen: non igitur gratior eſſe poteſt homi-
nibus conſolatio, quam ſcire quod Deus has
excogitet inuentiones vt ingreſſum in nos ſibi
paret: cum enim Deus vita ſit animæ, per hoc il-
li reſtituitur ea cuius per peccatum fueramus
paſſi naufragium.

Ne vero tibi perſuaderes hanc tibi aliquando VIII.
defuturam conſolationem, addit Propheta: *Et* Semper
non faciet auolare à te vltra doctorem tuum: no- hic Chri-
uimus enim cæleſte hoc Sacramentum ante ſtus no-
mundi terminum non terminandum. *Ecce ego* biſcũ eſt
vobiſcum ſum omnibus diebus vſque ad conſumma- manſu-
tionem ſeculi: quinimo illum hic videbis oculis rus.
fidei, ibique audies illud quod nobis dicit: *Et e-
runt oculi tui videntes præceptorem tuum.* O for-

tem plane beatam! O bonum quo nullum eminentius, videre te oculis tuis præſentem præceptorem tuum! Quis eſt iſte præceptor? Chriſtus Dei filius pimogenitus æternitatis: *Ducem ac præceptorem gentibus d. di te.* Quinimo hanc Chriſtus ſui probauit in diſcipulis nuncupatio-
Ioan.13. nem: *Vos vocatis me magiſter & Domine, & bene dicitis: ſum etenim.* Huc vſque nemo magiſtrum hunc viderat: huius quippe deſiderio tenebantur
Ioan.8.55 tur veteres illi Patres. *Abraham exultauit vt videret diem meum.* Nunc autem illum oculis noſtris conſpicimus: quapropter hac ſumma dota-
Luc.10.23 ti felicitate lacrymas noſtras abſtergamus. *Beati oculi qui vident quæ vos videtis &c. Dico enim vobis quod multi Reges & Prophetæ voluerunt videre quæ vos videtis & non viderunt.*

☞ 27 Inſuper Vates Iſaias cæleſtis huius memor conuiuij à Deo in monte Eccleſiæ ſuæ præparandi, poſtquam declaraturus nobis quod Deus in cibum daturus eſſet totam Diuinitatis ſuæ pinguedinem, dixerat conuiuium futurum pinguium & medullatorum, ſubiungit, quod in ipſo die huius conuiuij, nobis velut indice digito ſit
Iſai.25.9. ſignaturus, quod in illo ſit Deus noſter: *Et dicet in illa die: ecce Dominus Deus noſter iſte.* Et Quis iſte ſub his latens accidentibus? Dominus Deus noſter: an hic ſiſtunt bona nobis ab ipſo præſtan-
IX. Quæ ſit pluuia breuis. da? Minime, reſpondet Propheta: hinc enim pluuia deſcendet fertiliſſima, nedum tibi ſed toti tuæ generationi ac poſteris, pluuia inquam bonorum gratiæ copioſiſſima. *Et dabitur pluuia ſemini tuo, vbicumque ſeminaueris in terra.* Bona gratiæ tibi velut impetus pluuiarum obuenient. Olim emittebat illam Deus breuem admodum & limitatam: offerebant antiquitus tot ſacrificia, tot holocauſta, vitulorum, agnorum, vaccarũ, columbarum, turturum aliorumque animalium, concurrebant Ieruſalem in templum: & nihilominus parcam ſupra modum hanc illis pluuiam effundebat. Nunc autem ecce quam copioſe pluuia deſcendat gratiæ, in qualibet parte, qualibet via progreſſus fueris, maxima inuenies illã abundantia. Si matrimonium cogites, ecce matrimonij Sacramentum tibi gratiam infundet, ſi Sacerdotio initiari deſideres, ecce ordinis Sacramentum gratiæ cauſa, ſi eiuſdem optes augmẽtum, ecce confirmationis Sacramentum, ſi perdita per peccatum ſtudeas reſarcire, ecce pœni-
X. Nos pluuiam habemus copioſã. tentiæ Sacramentum. Extrema ſimiliter vnctio gratiam confert, quando tibi iam ad vltimam tendenti lineam ſubuenit cum illa Mater Eccleſia, quatenus reliquias tibi peccatorum auferat, quæ toto vitæ tuo decurſu poſſes commiſiſ-ſe, & commiſſa confeſſario non aperuiſti in Sacramento pœnitentiæ, vel per ignorantiam quia neſciebas illa fuiſſe peccata mortalia, vel obliuione naturali, qua numquam eorum fuerit recordatus: de quo alias: an non igitur copioſe Dei gratia miniſtratur?

Vltimo tandem ſe Deus maxime profuſum & liberalem oſtendit in SS. Sacramento: *Et panis frugum terræ erit vberrimus & pinguis.* Hic tribuitur gratia & tanta quidem meſſe fœcunda vt ipſamet eius detur origo, nempe Chriſtus Dominus in alimentum vitæ ſpiritualis. Panis pin- XI.
guis, quia in eo omne Dei bonum conceditur, & bonum hominis, Diuinitas & humanitas Chriſti. Et ſicut illi Pater æternus eſſe ſuum Diuinũ communicauit, vitamque Dei, vt viueret illamque vt propriam poſſideret: ita ſimiliter vt nos eadem vita viuamus, nec non per illam recuperemus perditam gratiæ vitam, hæc omnia nobis in hoc SS. Sacramento communicantur: ſic enim Chriſtus nobis aſſeruit: *Sicut miſit me viuens Pater & ego viuo propter Patrem, & qui manducat me, viuet propter me.* Hoc dato habemus quo noſtram ſolemus calamitatem, noſtraſque tergamus lacrymas: quandoquidem hoc pane arcto & aqua breui Deum poſſideamus ita contractum & coarctatum &, ſe nobis tribuat in alimentum ſub cibo panis, vt ita eius vita potiamur.

§. 8. *Perfecte nos Deus commutat ea vita quam nobis confert in SS. Sacramento, non minus quam olim Ægyptum, illam ingrediens in nube leui.*

FInis præcipuus inſtituendi SS. Sacramentum ille fuit quem ipſe Chriſtus nobis declarat, ſcil. vt vitam nobis daret quam illi Pater tribuerat nempe vitam Dei, vitam gratiæ & nobis ſupernaturalem, illi vero naturalem. *Sicut me miſit viuens Pater & ego viuo propter Pa-*
trem, & qui manducat me, viuet propter me. Nemo I.
factum aliquod aggreditur heroicum & inſigne niſi finem aliquem ſibi præfigat particularem cuius intuitu ſe operi accingit. Axioma eſt Philoſophis indubitatum quod dictio hæc. *Propter* cauſam indicet finalem quæ moueat efficientẽ vt eius intuitu operetur: & cum hoc opus ſit quo Deus nullum edidit aut grauius aut inſignius, in quo omnipotentiæ ſuæ dedit teſtimonium: *Fecit potentiã in brachio ſuo:* brachium Dei fuit Verbum Diuinum: etenim: *Omnia per ipſum facta ſunt:* & ita cum opus ſit in quo extremum declarauit